

tractum matrimonij. et per hec habes pre ceteris. h.c. clare lectum.

Abbas.

Ex litteris. affinitas supuenies rupit sicc. affinitas causata ex copula illicita rupit sponsalia pcedentia et priuat facultatem sacerdotii matrimonii. Cesis diuisio. scda ibi nos aut. Casus Iralis. Quidam noie costraxit sponsalia cum quadam puella infra nubiles annos: et postmodum matrem puelle carnaliter sepe cognouit. pella ipsa carnaliter tractavit adulterum et hoc notoriuz erat. pte tis loci illi viro puideri. et vtrum ipsa mulier possit cum alio viro sacerdoti: dominus pa. dicto viro pniam fecit iniugi. Mandatis epo ut illos debeat ab iniuice separare. et mulier alteri viro non nubat. si postquam sciuit delictum viri et misericordia non erubuit comiseri. vir et mater ipsius mulieris non debet ad alias nuptias conolare. Sed continenter vivere debet et suum flere delictum si de lapsu carnis non timeat ipsorum. Ber. Op. pto. sacerdoti. ex quo enim filia despousauit in uxore ut dicitur in tex. non potuit ea amplius dimittere propter affinitatem supuenientem et persona misericordia. quod affinitas supuenies non dissoluit matrimonium nisi nondum presumatur ut in c. discretionem. s. e. So. dic quod tex. pot intelligi dupl. pmo quod despousauit puellam in uxore. sacerdoti p. vba de piti. et tunc ad huius dic quod ex quo ista puella nondum erat nubilis non potuit esse matrimonium iter eos. sed iuris interpretatione fuerunt sponsalia de futuro. ut in c. vnico. s. d. sp. ipu. li. vi. et annoque puella pueniret ad etatem legitimam sponsus cognouit misericordiam puelle. et sic sponsalia fuerunt sublata propter affinitatem supuenientem. quod pmissio matrimonij non pot adimpliri. ut in c. ij. s. e. Scd. pot intelligi quod iste despousauit puellam in uxore. s. futuram. et sic mente et verbis fuerunt ista sponsalia de futuro. quod tollitur ex affinitate supueniente ex persona misericordia. et huc intellectu sensit glo. i. et glo. in v. separatis. Et ex his patrum decisio ad totum tex. nam mater et vir non pot amplius sacerdoti propter crimine incestus quod commiserunt. si tamen sacerdotem de facto teneret matrimonium. intellige cum extraneis. ut in c. transmisso. s. e. nam inter se non teneret matrimonium propter affinitatem sacerdotem ex persona puelle et publica honestatem ortam ex sponsalibus curia filia. sponsa vero poterit sacerdotem cum alio si non fuerit princeps iniuriantis ut quod admisit istum virum ignorando quod prius cognouisset matrem. secundum autem si fuerit pscia. ut in lla.

Aeniens. Ide quo ad te. dicit quod decretal scda rindet ibi cum igitur Casus Iralis. Quidam noie costraxit sponsalia cum quadam puella in ramo interposito. quod ea diceret in uxore quam cito illa ad legitimam pueniat etatem per puelle cum recipit in domo. dicitur sorori sponse ipsi carnaliter se comunit. postmodum ad instauram amicorum suorum puellam illam in uxorem accepit. et postmodum quae facultas se offerebat cognoscerebat utrumque. postea vero ad cor reuies consilium sue salutis petiit sibi impendi. archieps suis misit eum ad do. pa. et ipse super hoc scribit eidem dices cum non solu a malo. sed ab omni spe mali pccipiat apostolus abstineare. Dicdat. quod predictus est. per tanto excessu pniam competenter ipenat et moneat illum et consulat ei. ut de cetero abstineat ab utraque quod scribi aptius declarabit. Ber. Non quod pculosa est sexuum comixtio. id vitanda est inter affines. ad h.c. mulieres. iuncta glo. de iudi. li. vi. et alibi dicit tex. quod cohabitatione iter dicit adulterium. ut in c. diffinimus. xvij. q. ij. Quero cum qua plus iste delinqat. Min. dicit quod quo ad deum ubi magis pccpit. sed quo ad eccliam ubi magis delinquisse cum illa cum qua sponsalia non sacerdoti. et non pmissum dictum Min. quod in discernenda quantitate reatus quo ad deum attendit principaliter contumus peccatorum. et non qualitas peccati. et idem voluit gl. i. c. cum quidam. s. de iure iuri. ubi plene dixi. et in c. homo xpianus xl. di. et sic debes decidere quoniam tractam. xij. q. vlt. c. fi. ubi format quod utrum cum turpi vel cum pulchra magis peccet. In glo. i. in fi. vel potes intelligere tex. pprie. et tunc die quod licet a principio non tenuerunt sponsalia. tamen tractu tuis ex supuenientia tuis etatis legitimate fuerunt ratificata cum iste puer haberet in domo sponse. ut in c. lla. iuncta glo. de despon. ipu.

et de istis etatibus qualiter distinguantur vide bo. glo. quam tenet bis menti in pro. sexti.

Tunc fraternitatis affinitas superuenies non dissoluit matrimonium. Cesis diuisio. scda ibi nos

Casus Iralis. Quidam matrimonio sacerdoti et consumato cum quadam eius sorore cognovit. quod utrumque possit exigere debitum ab uxore et soluere regis. rindet pa. quod uxori moneda est ut a comixtione viri abstineat et in continencia permaneat. donec vir eius mortuus fuerit propter honestatem publicam si autem parere noluerit. et talis fuerit ut de lapsu timeat ipsi vir poterit ei debitum reddere. cum affinitas post matrimonium iniquum sacerdoti illi nocere non debeat. quod in culpa non fuit. Ber.

No quod affinitas superuenies inter maritum et uxorem puer solu culpabilis iure exigendi debitum. sed non absolvit eum a reddendo debitum consilii tamen est ut decetero utrumque abstineat et permaneat. et de hunc dicitur ut le. et non in c. transmisso. et in c. discretionem. s. eo.

In glo. i. ibi. i. affinitatem aduerte quod in glo. sic exponit. quod ex copula illicita cum affine non oriatur publica honestas sed affinitas. ut in c. discretionem. s. e. sed publica honestas oriatur ex consilio sponsaliorum vel matrimonij. ut in c. vnico. de sp. li. vi. et quod ibi non. vnde in causa huius. c. fuit orta affinitas ex copula cum sorore uxoris et non publica honestas. et in glo. sic exponit. et consimilem expositionem facit in dicto. c. discretionem. sed potest dici quod licet non oriatur publica honestas de qua in d. c. vnico. tamen honestum est. i. honestus expostulat ut uxor non pungat se viro qui sororem suam turpiter cognouit. vnde ultra affinitatem hoc regredit honestas. et sic potest stare tex. pprie qui in pnc. pio facit mentionem de honestate in fi. de affinitate et sic potest intelligi tex. d. c. discretionem.

Ordine summatum est. s. c. pxi. In prima parte ponit mterris petitio. In secunda cae comissio. ibi ea pp. Casus Iralis. Quedam puella iordanica noie quod nondum compleuerat decimum annum. sacerdoti cui quodam p. vba de futuro. qui eam infra spacium eiusdem anni cognovit. postmodum matrem ipsius in uxore acceptum. et carnaliter cognovit eandem. vnde petebat dicta iordanica ad. pa. sibi super hoc puideri. cum sine sua culpa viro suo puerino deat. nec ipsa valeat continere. mandat pa. epo dioce. quod si res ita se habet vtrumque ipso moneat et inducat ad ppenam continentiam obsequandam. quod si ad hoc induci nequivierit iuncta pniam ppetenti viro cum p. cen. ec. c. c. p. p. et c. debet ut eidem mulieri cohabitetur et c. m. debet reddere. Ber. Non pmissum quod affinitas superueniens non dissoluit matrimonium presumptum sicut nec uxora cum ista puella erat matrimonium presumptum. quod costraxit sponsalia et ea postmodum cognovit. ut in c. is qui. s. de sp. et sic istud. c. pot nobis fuisse ultra capitula pcedentia in matrimonio presumpto. Scd. non et tene mitem quod pubertas potest multum pueniri. nam hec puella nondum compleuerat. x. annum et tamen potuit mature cognosci quod p. ex eo. quod ex illa copula fuisse inductum matrimonium. Ex hoc ifero quod ex copula habita cum minore presumitur potentia coemendi in ipsa minore. l. aliter non ppetetur quod tenet Min. s. c. fraternitatis. dicitur tamen quod possit pbari huius p aspectu corporis quod pl. arg. c. fraternitatis. j. de fr. g. Tertio non quod ecclesia potest compellere pungere ad reddendum debitum pungere. Ultio quod tex. hic dicit quod vir exactus tenet reddere debitum. quod dicitur exactus. dicit Min. quod exactus dicitur fuisse verbo fuisse signo erigatur debitum. nam sepe sepe signis loquimur ut in c. cui apud. s. de sp. nam sepe mulieres verentur verbis petere debitum nunquid autem vir ille poterit exigere. dic quod non quod priuatus est. ppter delictum suum ut in c. transmisso. et c. discretionem. s. e. vnde peccaret mortaliter exigendo fin Min. quod contra pceptum canonis. ar. in. c. ij. de ma. et obe. nec mulier debet sibi acquiescere et si timeat de incontinentia viri. sed dic quod ecclesia poterit secum dispensare si timetur de incontinentia ipsius ut dixi in d. c. transmisso.

Tunc consanguinitate et affinitate.

Rubrica.

Aviso de cognatione spūali et legali ac d. primitate quadā q̄ p̄bitur ex copula cū p̄sanguinea vroris. merito restat vide re de cognatione carnali que cōfistit in p̄sanguinitate et affinitate. merito post rubricas precedētes subiicitur ista. Et quid p̄prie sit affinitas aut p̄sanguinitas dic ut babetur in glo. super arbores.

Ex litteris. Sepaf matrimonij cō tractū iter affines p̄mi generis et quarti gradus. et sumi tres p̄ces. In p̄ma casus narratio. In scđa r̄mio ibi quo circa. in tertia indicū instrucio ibi c̄tex. Casus l̄ralis. Quidā secrete subarant quandā viduā p̄ annūlū iūmissionē. et eam carnaliter cognouit. tandem cū vellet in cōspectu ecclesie cuz ea cōtrahere duo p̄posuerūt q̄o habere nō poterat in vrorē ex eo qd̄ p̄orem virū attigit quarto gradu p̄sanguinitatis. viuis illoꝝ iurauit q̄ ita audiuit aliis noluit illō iurare. et sic publice p̄trarerūt. postmodū venerūt alij duo et iurauerūt q̄ primus vir fuit isti sup̄stiti. v. cōsanguinitatis gradu cōfunctus dubitabat. Quid ess̄ in hoc faciendū. Consultus pa. mandat cūdā abbati. Quatenus vtranq̄z partē ante suā p̄sentia cō vocet et testes iurare faciat corā ipso. et si p̄ testes legitimos p̄stiterit qd̄ primus vir attinet viro sup̄stiti. iiiij. gradu illos debeat abinuicē separare. q̄ ut dicūt canones mulier illa non poterat aliquē habere d. p̄sanguinitate prioris viri vsq̄ ad iiiij. gradu .in si. dicit q̄ cāc matrimoniales nō sūt tractāde p̄ quoslibet. sed p̄ viros discretos q̄ potestate habeant iudicandi. et qui sciant canones. Ber. Nō p̄mo tex. iuncta glo. q̄tra q̄ p̄ vnū testē de auditu et p̄ aliū sine iuramento nō p̄bat sufficiēter ipedimentū et ad ipediendū matrimonij p̄bendū q̄o bene nōbis ad intellectū et limitationē. c. p̄terea el. ii. s. de spos. Et ex hoc ifero q̄ maiorē fidē facit fama vel viuis testis cū iuramento q̄z duo testes. quoꝝ viuis depōnit de auditu. et aliū sine iuramento. nam sola fama de se sufficiat ad ipediendū vt. j. c. protimo. Itē dictū vni⁹ depōnēris de veritate valer ut in. d. c. p̄terea. h̄ aut duo nō sufficeret rōe pdicta. Et ex h̄ et ex tex. nō q̄ i cā matrimoniali testes debet eē iurati et si agat ad matrimonij ipediendū et p̄ h̄c tex. puto q̄ dictū. c. p̄terea d̄z intelligi q̄ ille iurat⁹ asserebat ipedimentū. Itē nō q̄ testes p̄fertū in cā matrimoniali debet eē oī exceptiōe maiores et tenebris mēti vna glosellā hic q̄ dicit illos dicioi exceptione maiores q̄ nulla exceptiōe l̄tima p̄nt repellē. vide ēt glo. nō. i. s. i. m. t. s. Sātē verboꝝ obligatio. q̄ dicit illū testē dici idoneū q̄ nulla exceptiōe repellē p̄t qd̄ nō p̄ statutis sepe regrentibus istas qualitates. Itē nō q̄ cū agit ad ipediendū vel dirimendū matrimonij ijdē q̄ denunciāt vel accusant p̄nt esse testes et hoc rōne peccati cū nō agat de modo vel icōmodo eoꝝ. p̄ hoc bo. tex. in. c. in oī negocio. s. de testi. Ultio nō duo req̄ita in eo q̄ vult distinire cām matrimoniale. p̄mo vt habeat iudicādi p̄tētem. scđo vt statuta canonica nō ignoret. et p̄ hoc arguit hic host. p̄ theologos q̄ dicūt ecclasiā posse regi ex sola theologia. Sed quero qd̄ si alteꝝ istoꝝ deficiat nūqd̄ teneat sūnia. Conclude post host. q̄ aut deficit p̄tās et idubitatē nō valet sūnia q̄z tūcūq̄z def̄ pitia q̄ sūnia a iudice nō suo lata nulla ē. ut i. c. at si clerici et in. c. iii. s. de iudic. et. C. si a nō p̄ope. iudi. p̄ totum. Si vō adeſt p̄tās et deficit p̄ma. tūc̄z sūnia sed peccat iudex iudicando. d̄z. n. iudex alteri p̄tiori cāz delegere. aut p̄tōs p̄sulere facit. i. q. i. j. c. s. de pe. di. vi. c. i. et. l. certi. C. de iudi. Et nō ex hoc iudicē ordinariū posse delegare cām matrimoniale.

Hinc sumpta occasione q̄rit hosti. pone q̄ duo sūt electi ad eundē ep̄atū quoꝝ vn⁹ ē theologus. alter canonista q̄s eoꝝ fit p̄ferendus data p̄tate. Concludit q̄ si in loco magis v̄sa cāz ventilatio p̄ferendus est canonista. Si aut̄ ibi pullulat hereses vel locus est vicin⁹ hereticis et tunc p̄ferendus ē theolog⁹. ar. in. c. in causis. s. de elec. facit. c. sup̄ spe. de magist. m̄x⁹ tñ ēt p̄ferendus v̄trigz. dicit ēt q̄ nō ē necel sariū q̄ ep̄s sit magister caonū. fatus. n. est q̄ heāt sciam cō petētē q̄ p̄petētē scia tolerat i plato l̄z emulēs desideret ut

in. c. pe. de p̄bē. et in. c. cū nobis. s. d. elec. et hec nō. In gl. iiiij. nō duo sing. ex ista glo. p̄mū q̄ cā m̄unionalis p̄t de legari nō ep̄o. nā ista cā fm vnu intellectū fuit delegata isti archip̄bysterio p̄ istū abbatē cassinēsem quibz iur. s̄ditionē plenariā in castis monasterij. et eidē iste archip̄byster ē subiectus et hoc voluit. Hoc. b. et hoc nō p̄ limitatione eoz que dicūt doc. in. c. cām matrimonij. de offi. dele. vbi. dicūt de p̄suetudine curie cās m̄unionales nō p̄mitti nisi ep̄s. d̄ iure vō possūt cōmitti cuicūq̄z clericō salua dispōne. c. statu tū. de rescr. li. vi. Hoc nō ex glo. q̄ ex cōsuetudine seu ex p̄scriptiōe p̄t acquireti p̄tās distinēdi et cognoscēdi cās matrimoniales. k̄leꝝ glo. babes in. c. l̄fas. de resti. spo. licet host. ibi s. sed tene p̄misū p̄ quo adduicōter. quasi et p̄missum in. c. auditis. d̄ p̄scr. quis aut̄ de iure cōi h̄cā p̄tē iudi cāndi de cā matrimoniali. dicit host. q̄ ep̄s q̄r cū cā sit gra uis ad eū ē p̄ferenda. xxv. di. p̄lectis. et in. c. i. de offi. archi. Ego allego tex. exp̄slum q̄ nō ē alibi in. c. accedētib⁹. de ex cel. pla. vbi d̄ q̄ dignitatis ep̄al est cognoscere de cāis matrimonialibus. et sic nullus prelatus cāra ep̄m p̄t de iure cōi hoc attētare nūf iure spāli. In glo. in v. corā te. ibi spāle in matrimonio. et hec so. plz. nā si sūnia nō trāsit i re iudicā. vt in. c. tenor. et. c. lator. de re iudi. forūm post publicationē solā p̄fit. p̄duci testes. et hanc m̄z plene explicati in. c. iurauit. de. p̄ba. et nō. in. c. cū in tua. et in. c. series. de testi. In glo. in v. quarto gradu ibi dispensatiue. hec solu. diuinat. idē dicendū et melius q̄ in antiqua decretali dicebat de. v. vi. et. vii. sed mētio alioꝝ graduū fuit decisa p̄g. c. si d̄z j. e. vbi. p̄bibitio fuit restricta ad quartū graduū.

Super eo. Affinitas supueniēs de qua saltē p̄stat p̄ famā soluit spōsalia de futuro. Cōis diuīlio. scđa ibi inq̄stionē. Casus l̄ralis. Quidā iūuenis p̄xit spōsalia de futuro cū quadā puella que nō erat nubilis etatis sed facta nubilis; petiit illū et ipē et cepti dicens qd̄ eā in vrorē habere nō p̄t: q̄ postq̄z affidauit illā p̄sanguineā illius carnaliter cognouit. p̄sultus pa. r̄ndet q̄ si manifestū ē q̄ illā cognouit. vel si ēt nō est notoriū et fama loci hoc h̄z. d̄z ille ab impetitōe illius absoluī cū fuerit sponsa tantūmodo de futuro. Ber. Nō p̄mo sponsa d̄ futuro posse repetere spōsum vt cogat in matrimonij p̄bere iūta p̄missionē suā. nam sponsalia sūt futuraꝝ nuptiaz. p̄missio. xxx. q. v. infates. et l. s. de spō. q̄ aut̄ p̄mitit necesse ē adipleri. s. de pac. c. i. j. i. j. iii. et idē dic in sponso. facit. c. p̄terea. el. i. de spō. Nō scđo q̄ allegās turpitudinē p̄pria audif ex qua v̄sat p̄cūlū aie. ad idē. c. p̄terea. el. i. s. de spō. Tertio nō q̄ sola fama p̄bat ipedimentū matrimonij. et l̄z iste tex. loquāt in. affinitatē idē dicas in quolibz alio ipedimentō. q̄ vbi ē eadem rō eadē d̄z ēt iuris dispositio. in. c. cū dilecta. de p̄fir. vii. v̄l iuti. et sic h̄s hic casum in quo fama facit plenā p̄bationē et hoc iō q̄ agit de modico p̄iudicio. et vt in dubio euntē p̄culū aie. Et ex his ifero q̄ i causis modici p̄iudicij fama facit plenā p̄bationē marime si ex hoc euntē p̄culū aīarū. et vide qd̄ dico in. c. veniens. el. i. s. de testi. secus vbi ageret de magno p̄iudicio. vñ si matrimonij bic fuisse p̄tētū sola fama ipedimentū nō sufficiat vt in. c. si duo. xxxv. q. vi. In glo. i. in si. nō et bac glo. q̄ l̄z iuramenti nō sit de substātia matrimonij vel sponsaliorū. tñ addit forū vñcūlū. p̄ b. c. si. de fo. cōpe. li. vi. et vide qd̄ dixi. in. c. pe. d̄ iure. In gl. in v. manifestū in si. aduerte q̄ glo. s̄cūt q̄ manifestū h̄ capiatur. p̄ notorio q̄si nō sufficiat ipedimentū ēē manifestū sed certe glo. nō bñ logē. q̄ manifestū in plus se h̄z q̄z fama. vt nō. in. c. vñ. de cōba. cle. et mulie. marime p̄ Jo. an. et Jo. cal. sed fama p̄ se sufficit vt h̄ ergo et manifestū. et iō nō ipro p̄ado h̄lam tex. b. p̄bat q̄ in plus se h̄t manifestū q̄z fama qd̄ nō et dic vt nō. in. d. c. vñstra. In glo. fi. ibi plus facit fama. nō multū istā glo. et idē nōt glo. iii. q. iij. Sātē pape. sed certe nō puto glo. illā versū dicere. et error orū ex intellectu illius. c. p̄terea. nā vt dixi in. c. sup̄ eo. s. ti. p̄xi. in. c. p̄terea nō fuit ille testis oīno integer. tu q̄ allegab. p̄ turpitudinez suā. tu q̄ nō deponebat in forma testimoniū nec volebat nō

Quod dilectio.**De infidelibus.****Quod super.**

men suū publicari, et sic nō iurauit in pñtia pñs sicut fieri debet. vt in. c. ij. de testi. ergo non male ille tex. allegat pñ istas glo. vñ credo qñ dñcū vñ testis ire gri de veritate maiorez fidē faciat qñ fama qñ pñ ex eo qñ in oī cā ēt criminali duo testes sufficiunt: sñ nō sic vñus testis cū fama: et sic fama non semp hñ vñ vñus testis. de quo vide qñ nō bar. in. l. de minore. in. S. torneta. ff. de questi. p. tex. uñcta glo. in. c. taz. lñs. de test. et qñ dixi in. d. c. veniens. et d. c. sup eo.

Quod dilectio. Si dispensat cuñ aligb⁹ vt possint pñbere in certo gradu als pñbrito requiritur qñ vterqñ pñbentiu toro gradu distat a stipite pñserti si hñ pñbentiu als lñmat sine dictio pñserti. vt. j. declara bo. pñmo ponit casu. scđo allegat. p. et p. abi qñ vñ. tertio rñdet ibi nos itaqñ. **C**asus lñalis. Quid legatus auctorita te dñi pape fecit quädā indulgentiā boibus sine legationis vt possint pñbere matrimoniu in. vi. gradu. sed vir et mulier volebat cñtrabere matrimoniu vñus distabat a cōi stipite. ij. vel. iiij. grau. Querif vtqñ possint matrimonialiter copulari. ppter indulgentiā pñdicā: qñ videbaf fieri posse fñm regula illa qua dñ quoto gradu quis distat a stipite et a quolibet per aliā lineam descendentiu ab eodē. cñbentiu tamen illius terre est. si aliqui talis casus emerserit: hoies illi. pri. miores gradu cñiuncos separat et impediunt copulari volentes. Rñdet pa. qñ indulgentia illa si ē intelligēda qñ vterqñ pñungendoz distat a stipite. vi. gradu et ita in cāu pñmiso cōiungi nō debet. vnde in hac pte potius deferendū est multitudini: et obseruate pñbentiu qñ scandalū aliud populi ad bibita nouitate statuere. **B**er. Nō pñmo regulā in cōputandis gradibus iter collaterales. nā quoto gradu distat alter a stipite tanto distat a quolibet descendentiu pñ aliā lineam ab eodē stipite. et pcedit ista regula qñ collaterales sūt in linea equali. Si vñ sunt in linea īequali exēplū in fratre et filio alterius fratri: tñc cōputatio fit a remotiori vt in. c. fi. j. eo. vbi plen⁹ dicit. **S**cđo nō qñ pñbentiu multū valet in interpretatione indulgentiaz. sicut. n. pñbentiu interpretat legē. vt in. c. cū dilectus. de pñlue. et l. fi de interpretatione. ff. de legi. Eodē nō interpretat pñilegiū seu indulgentiaz vt hic ē casus nō. idē eadē rōne dicit. **I**o. an. in interpretatione statuti. erat. n. statutū padue vt in singul'is quattuor mēshū fieret cōciliū sup male ablatis. sicut faciliū pñciliū ī fine qñtuor mēshū. querebaf nunqñ de decima die sequētis tñpñ qñtuor mēshū possit fieri aliud pñciliū. et rñdet ipse qñ nō ne pñtingeret differri pñciliū pñ octo mēses pñ pñbentiu loci qñ habebat vt vñum cōciliū nō distaret ab alio pñ qñtuor mēses. facit qñ nō. in. c. in singulis. de sta. reg. **T**ertio nō qñ pñbentiu potest bables inhabilitare ad matrimoniu. de quo dic vt dixi in. c. sup eo. s. de cognata. sp. et aliqd dicā. j. e. qñ circa. **I**n glo. iiij. tene mēti glo. q. solus papa dispesat in gradib⁹ humana lege. pñbittis. Idē nō. j. e. c. qñ circa. et tñ spe. in ti. d. leg. in. S. nñc ondendū. v. hxxv. et idē. **I**o. an. addi. et bodie vñ satis claz p. c. nō dñ. j. e. vbi ponit. pñbittio pñciliū gene ralis. sicut aut qñ nullus ctra papā ēt si sit legat de latere pñt dispensare cōtra cōciliū vt le. et nō. in. c. dilect. et i. c. dilect. s. de pñb. et vide glo. in. c. cū dilecti. s. de elec. et qñ ibi diri. **I**n glo. in. v. vterqñ pñungedoz. p. intellectu gl. opp. bñficiū pñcipis dñ latissime iterpretari. vt in iurib⁹ alle. in pñ. glo. sed de iure ē qñ quoto gradu distat remotior a stipite tanto gradu. vt. s. dñcū ē. ergo ista indulgentia legati nō debebat ita stricte iterpretari. **A**l. dat duas sol. pñma qñ ipse pñcedēs pñt iterpretari indulgentiā vt vult. hec sol. non est rōnabilis. qñ si bec iterpretatio nō fuiss*z* iuridica iste tex. nō ponet ins. et sic nō fuisset redacta in hac cōpilatione. **A**lia so. ē g. h. fecit papa p. pñbentiu ter quasi dicat qñ cessante cōsuetudine papa hñsset interpratus indulgentiaz fñ ins sñ pñbentiu fuit cā restringēdi pñilegiū. et hñc iter lectu nō. quē sequitur host. et **I**o. an. inno. ponit alii itelle cñ dicēs qñ pñilegiū pñ ius cōpē cū sic odiosum dñ stricte intelligi. sed pñilegiū nō sic odiosu dñ latissime iterpretari. et de tali loquunt hñria. h. dictu. **I**nno. est verissimū in se. et so-

let quotidie ad hoc allegari iste tex. sñ allego tex. magis ap- tu in. c. i. 7. ij. de fi. pñ. lib. vi. vide glo. de offi. ordi. i. c. ordi- narij. et plene p. io. an. i. c. oli. de vb. sig. et p. bar. in. l. fi. ff. dñ pñst. **S**ed quo ad istu tex. nō plz mibi dictu innoc. qñ lñ dispeſatio sit stricti iuris. tñ dñ recipe iterprationē a iure cōi ex quo logf in mā iuris. facit. c. ad audiētā. de deci. et c. in his. de pñi. nā et statuta lñ sunt odiosa capiunt nibolom⁹ iterprationē a iure. vt nō inno. in. c. cām. de rescrip. et bar. in. l. oēs populi. ff. de iusti. et iu. et qñ hoc sit vez iduco sinez buius. c. vbi papa fñdar se sup pñbentiu. nā ex cæ exp̄si one colligit mens disponētis. vt in. c. intelligentia. de vbo. sig. et l. cū pñ. in. S. dulcissimis. ff. de leg. ij. p. **D**i. in regula si. de reg. iur. li. vi. et lñ glo. hic si. dicat hodie nō. pcedere banc indulgentiā. dic qñ lñ hoc. c. sit sublatu quo ad exempla qñ sextus gradus nō ē in. pñbbitio. hodie tñ remāet dispo bñus. c. si hodie papa dispeſaret vt distātes a tertio aut qñto gradu possint adiunice pñbere. multis tñ debent verba in dulgentiē attendi.

De infidelibus. Infideles pñucti ī gradu pñbbito le ge canonica post baptisimū nō sepant. cōis diui- sio. **S**cđa ibi pñbentiu. **C**asus lñalis. Aliq infideles pñxerūt matrimoniu in gradu pñbbito a canone. post modū pueri ad fidē et baptizati sunt. qñritur vtrumpost ba ptisimū debeat separi. rñdet pa. qñ nō sunt sepandi qñ dñs a iudeis requisit⁹ si liceret iphis vxore ex quacuqñ cā dimittere. et ipse rñdet quos de⁹ pñunxit homo nō sepet. p. hoc de dit intelligere qñ matrimoniu sit apud eos. **B**er. Nō pri mo iudeos nō astringi legib⁹ canonicas circa sacramentalia et cōcernētia aiam. vñ licite pñbentiu mñrimonia ī gradib⁹. p. bñbitis humana lege tñ. ad hoc. c. gaudem⁹. de dimor. vbi bon⁹ tex. Nō scđo qñ p. supbentionē noue legis nō debet mutari id qñ gestu ē fñ legē antiquam. ex quo adhuc non emanauerat noua ler. **J**udeus. n. nō astringit ad fñadā le- gē canonicā nñ post baptisimū. id ergo qñ gessit anteqñ se subiiceret legi xpiane dñ tenere ex quo nō ē gestu pñ legē di- uinā. al's sec⁹ nā lex diuina eos astringit adeo qñ de trāgressi one posset papa eos punire. vt nō inno. i. c. qñ sup his. de voto. **T**ertio nō qñ iter iudeos et alios infideles ē vez ma- trimoniū. et sicheb vñ sacim quo vtūt iudei et alij ifideles. Itē vltio nō qñ pñatio pñsupponit hñtū sic arguit hic papa si. n. xps dixit iudeis. quos de⁹ pñunxit hñtū nō separet. ergo pñsupponit mñrimoniū iter eos subfiltere. **S**z pñ hoc et contra tex. oppo. nā eadē est rō si xpianus pñhat ī gradu huma- n. i. lege. pñbbito. qñ quos de⁹ cōuixit et c. cui⁹ pñriū inuit tex. i. c. pri. i. fi. **S**o. dicit io. an. et bñ qñ cū papa vicari⁹ dei hec mñrimonia. pñbheat xpianus de⁹ nō dñ cōuigere tales. pñ- bitos. sed ifideles qui nō icludit lege canonica bñt pñgun- tur. ex quo lex diuina eos nō astringit. **I**n glo. fi. i. fi. sc̄it hñ glo. qñ si iude⁹ pñberet cū iudea pacto xpisio vt liceat dare li- bellū repudij fñ ritū eoz qñ nō teneat matrimoniu qñ ap- pñit pactū pñ subaz mñrimoniū. doc. tenet oppositū qñ ex quo lex eoz bñ pñmittit liceat deducit in pactū nō. n. pñsequit effe- ctū vi pacti sed vi legis. sicut ī sili dicimus cessare simoniaz si id qñ inest deducat in pactū. vt in. c. significasti. et qñ ibi nō. de elec. et in. c. olim. el. i. de resti. spo.

Quod super. Cōsanguinei mariti cū pñsanguineis vxoris li- cite pñbentiu. hoc pñmo. **I**n gradib⁹. pñbbitis nā pñt matrimonia pñbi et si hñbent pñbentiu. hoc scđo et sñt duo dicta. scđm idi ne aut. **C**asus lñalis. **P**ater et si- lius pñbentiu mñrimoniū cū mē et filia duo cognati cū duabus cognatis auñculus et nepos cū duab' sororib⁹. qñrit qñ sñ faciēdū. rñdet pa. lñ oēs pñsanguinei vxoris sint affines viri et ecōuerso. atqñ inter pñsanguineos viri et pñsanguineos vxoris nūla affinitas est pñcta pñ quā iter eos mñrimoniū debeat ipedi- ri. **I**n fine pñcipit vt ifra gradus. pñbbitos nulli debeat ma- trimoniū pñbere si obstate alij pñbentiu qñ poti⁹ ē corrupti- la. **B**er. Nō pñmo regulā qñ iter pñsanguineos viri et vxore pñbi quedā primitas. ita eoz iter pñsanguineos vxoris et ipz

